



Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 350 - 354. De bonis traditis in villis Westerelisungen, Gellishus, Walkiun,
Winithun, Ekkirikeshus et Walcrimhus in pagis Hessi Saconico, Tilithi,
Logne et Suilbergi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

§. 350.

Tradidit esic pro fratre suo liudolfo I familiam in *uesterelisungen*
gen. (N)

et gubernante
Corbeiam
Gode-
falcō.

§. 351.

Tradidit rothuardus pro filio suo maynuuerco in *gellibus* (O) et
in *ualkium* II. mans. siue CXX iugera et III. iurnales.

§. 352.

bona sua hereditaria monasterio Scildecensi tradidisse, interque hæc bona fuisse
quædam in pago Nithersi sita. Hæc bona erant anno 974 in pago Nithersi po-
sita ac in comitatu *Regenwerci*. Eadem tradit *Imma* Scildecensis abbatissa per
aduocatum suum *Lubertum* episcopo Paderbornensi *Folcmaro*, acceptis ab hoc
episcopo per ecclesiæ fæcē aduocatum *Tbidericum* decimis quibusdam in Scildeze,
in veteri Scildeze, atque in aliis villis. Si iraque *Marswidis*, fundatrix abbatiæ
Scildecensis, fuit filia *Meresuita* nata *Luidolfi* ducis, bona abbatiæ Scildecensi
tradita, atque in pago Nithersi sita, probabilissime accepit *Marswidis* ex heredi-
tate matris ac aui *Luidolfi* ducis, quem in pago Nithersi amplissima tenuisse præ-
dia, iam supra vidimus; bona vero in pago Wessaga verisimiliter in manus ve-
nere *Marswidis* a patre eius *Herdego*, quem eam ob causam Widikindeis adscri-
psimus, quia nemo negare poterit, quondam in pago Wessaga dominatos esse
dominos, e Widikindea stirpe procreatos.

(N) Villa *Westerelisungen* erat in pago *Hessi Saxonico*, testante Registro Bonorum A. C. De villa
abbatis Sarachonis. Procul dubio itaque intelligitur vicus *Elsingen*, situs in *Weft-
erelisungen* in pago *Hessi Sa-*
Landgraviatu Hasso-Castellano in praefectura Zierenberg. Cum traditoris fra-
ter appelletur *Luidolfus*, et nomen et dona nobis persuadent, tam *Eisconem* quam *Luidolfum* ad familiam Brunonianam spectasse. Bona enim in eadem regione xonicā.
sita sunt, in quam Brunoniana domus dominata est. Diplomata iam supra pro-
ducta et infra producenda satis luculente id comprobant. Optimo igitur iure
Eisconem ac *Luidolfum* ad Ludolfinam gentem retulimus. *Luidolfus*, frater *Eisci*,
probabilissime est *Luidolfus*, qui §. 343 proximus *Herdegi* appellatur. Quod
eam ob causam procul dubio factum est, quia *Herdego* sororem *Luidolfi* *Meresuitam*
habuit in matrimonio. Cum itaque *Herdego* dominus fuerit Widikindæ
stirpis, id ipsum indicio est, et *Luidolfum* ad familiam quandam illustrissimam
pertinuisse, qualis circa controversiam Ludolfinam fuit, et *Meresuitam* filiam fuisse
Luidolfi ducis, vti §. 349. vidimus. Hinc porro sequitur, tam *Luidolfum*, quam
Eisconem, filios fuisse *Luidolfi* ducis.

(O) *Gellibus* et *Walkiun* tribuuntur ab abate nostro Sarachone pago *Tilitbi*, quem ad De villa
vtramque Visurgis ripam inter Bodenwerder atque Hamelen oppida reperiri, *Gellibus*
vidimus supra §. 105. Quinam vero vici per *Gellibus* et *Walkiun* designantur, et Wal-
nondum accurate indicare possumus. *Gellibus* fortasse est *Gellersen* seu *Gollersen* kiun in
haud procul a vico Hæmelschenborg. An vero sit *Walkiun* vel *Walsen* in dy-
nastiæ Arzen, vel Welse ad fluuium Embrinam in eodem dominio inter vicum
Amegosen prope terras Brunfuicensis ducatus, et Dale vicum, ad comitatum
Pyrmontanum spectantes, vel alia villa, in medio relinquere debemus. Illud
interim nobis probabile viderur, *Rotwardum*, qui in his villis quædam donauit,
ad progenitores nobilium dominorum de Ertellen seu *Artzen* referendum esse,
atque hos e progenitoribus comitum de Euerstein descendisse. Si tibi placet,
euolue tabulam genealogicam Brunonianæ stirpis, supra §. 104. not. (n) inser-
tam, atque in ea Euersteinensem gentem. In ea reperies, *Folbertum* patrem
fuisse *Meinwerci* ac *Thiadrici*, ac *Thiadricum* fuisse patrem *Rotwardi* atque *Hel-
mwardi*. Quantum itaque e bonis et similitudine nominum concludere licet, cre-
dimus, *Rotwardum*, qui in villis *Gellibus* et *Walkiun* quædam tradidit, filium
fuisse *Folberti*, ac fratrem *Meinwerci* et *Thiadrici*. Verisimile enim nobis vide-
tur, *Meinwerco*, filio *Rotwardi*, nomen esse inditum, a patruo suo peritum, ac *Rot-
wardum*, filium *Thiadrici*, itidem nomen suum accepisse a patruo suo *Rotwardo*.
Cum autem *Helmwardus* fuerit filius *Rotwardi* II; idem *Helmwardus* nobis persua-
det, vt credamus, nobiles dominos de *Artzen* ab eo descendisse. Nomen enim

Ab anno
890 usque
900 re-
gnante
Arnolfo

(P) Tradidit synuardus pro patruo suo uechano iurnal. I. in *wynitbus*

§. 352.

Tradidit synuardus pro coniuge sua hrodgherde I famil. in *ekkirikesbus*
(Q) tadan cum sua famili. et L. iugera et I. mansum.

§. 353.

Tradidit tradulf pro berthlede in *walcrimbis* (R) I. famili. et XXX.
iugera et I mans.

§. 354.

Tradidit thiatmarul pro berthlede in *walcrimbis* (R) I. famili. et XXX.
iugera et I mans.

§. 355.

Helmwardi inter dynastas de Ertelsen fuisse vitarum, docet nos *Helmwartus de Ertelsen*, qui anno 1199 inter benefactores Corbeienses numeratur. Et quamvis accuratam connexionem genealogicam illius *Helmwarti de Ertelsen* cum dominis praedictis nondum demonstrare queamus, indicandum tamen id erat, ut alius occasionem præbeamus de eo nexus altius cogitandi. Fortassis etiam his dominis addendus erit *Helmwardus*, episcopus Mindensis, qui anno 956 floruit.

De villa
Wyni-
thun in
pago
Logne.

(P) *Wynitbus* villam exstirisse in pago Logne, docet abbas noster Saracho in R. B. et P. A. C. Pagum Logne fuisse in principatu Gottingensi, iam vidimus supra. Intelligimus ergo designari vicum Weende in praefectura Harste in eodem principatu. Atque ex eo concludimus, Sywardum seu Sifridum cum patruo suo Wchano ad progenitores Northeimensem comitum spectasse. Et sine ipsum Sywardi nomen satis luculentem indicar, eundem ad nullos alias nisi ad Bomeneburgicos dynastas pertinuisse, inter quos nomen Sifri i crebro repetitum deprehendimus. De nostro Sywardo confer supra §. 104 not. (1).

De villa
Ekkiri-
keshus.

(Q) *Ekkirkeshus* villa in nostro non reperitur Registro, quod valde dolemus. Cum enim, testante diplomate Caroli crassi, ad a. 887 supra §. 104. allato, villa quedam *Erikeshus* exstiterit in marca Asseki, atque *Eggikenhus* villa quondam in Laris fuerit reperta, data hac occasione differentiam harum villarum offendere potuissemus. Tacente ergo abbe nostro, racebimus ipsiher. Iudicium sit penes lectorem, an intelligatur *Eckbusen* in episcopatu Paderbornensi, an *Eckbusen* in ducatu Westfalia, an *Ikenhusen* haud procul ab oppido Warburgo ad Dimolam, an *Edinggabusen* villa desolata non procul a vico *Etzbusen* in praefectura Grene in Brunswicensi ducatu, an *Eggeringenhusen* in episcopatu Paderbornensi, an *Eggeze* in praefectura Harpsted in comitatu Hojano, an *Elkershusen* in praefectura Fridland, an *Elkershusen* in Thuringia, an *Elkershusen* in Hassia, an alia villa.

De villa
Wal-
crimhus
in pago
Sulber-
gi.

(R) *Walcrimbius* villa tribuitur *Sulbergi* pago a diligentissimo abbe nostro. Cum autem hic pagus circa urbem Einbekam in Principatu Grubenhagico, et circa urbem Dassel per comitatus Dasseliensis terras quondam exstiterit, ea propter quererit, quinam vicus intelligi debeat designatus. In eadem regione reperiuntur 1) *Verlichusen* in praefectura Usler intra principatus Gottingensis terras, 2) *Verlingsen* in eodem principatu sub iurisdictione dominorum de Adelippen, 3) *Volprichusen* in praefectura Usler, 4) *Websusen* in eadem praefectura ad riuum, dictum die Schrumb, 5) *Wolderkesen* quondam obvia in comitatu Dasseliensi villa, et 6) *Wellerzen* in praefectura Rotenkichen in principatu Grubenhagico, cuius ecclesia filia est ecclesia in Dassenen. Quinam ergo ex his vicis nostra sit villa *Walcrimbius*, querere libet. Respondemus: Ipsa videtur vel desuisse vel *Wellerzen* esse.